Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD ROMA

omnes sub peccato esse sicut scrip
tum est. Quia nõ est iustus qui
quam. non est intelligens aut re
quirens deum. Omnes declinaue
runt simul inutiles facti sunt. nõ
est qui faciat bonum. nõ est usq;
ad unũ. Sepulchrum patens ẽ
guttur eorum. linguis suis dolo
se agebant uenenum sub labris
eorum. Quorum os maledicõe
et amaritudine plenum est. ue
lotes pedes eorum ad effunden
dum sanguinem. Contritio et m
felicitas in uiis eorum. et uiam pa
cis nõ cõgnouerunt. nõ est timor
dei ante oculos eorum. Scimus
autẽ quoniam quecunq; lex loq
tur his qui in lege sunt loquitur
ut omne os obstruatur. et subdu
ciat omnis mundus deo. quia ex
operibus legis nõ iustificabitur om
nis caro coram eo. Per legem enim cognitio
peccati. nunc autẽ sine lege iu
stitia dei manifestata est. testificata
a lege et prophetis. Iustitia au
dei per fidem ihesu cristi. super omnes
qui credunt in eum. Non enim est
distinctio iudei et greci. Omnes
enim peccauerunt. et egent gratia dei
Iustificati gratis per gratiam ipsi
et per redemptõem que est in xpo
ihesu. quem proposuit deus pro
piciatorem per fidem in sanguine
ipsius. ad ostensionem iustitie sue
propter remissionem precedentium
delictorum. in sustentatione dei. ad ostensionem iustitie
eius in hoc tempore. ut sit ipse
iustus et iustificans. eum qui ex
fide est ihesu cristi. Vbi est ergo glo
riatio tua. Exclusa est per legem.
Per quam. per legem sanctorum. nõ
sed per legem fidei. Arbitramur enim
iustificari hominem per fidem sine
operibus legis. An iudeorum de
tantum. Nonne et gentium. Im
mo et gentium. Quoniam quidem
unus deus qui iustificat circum
cisionem ex fide. et preputium per fidem.
absit. Sed secundum legem sta
tuimus.

Quid ergo dicemus. Inuenisse
IIII
abraham patrem nostrum
secundum carnem. Si enim abra
ham ex operibus legis iustificatus est
habet quidem gloriam. sed nõ apud
deum. Quid enim scriptura dicit. Credi
didit abraham deo. et reputatum est
ei ad iustitiam. Ei autẽ qui operatur
merces nõ imputatur secundum
gratiam. sed secundum debitum.
Ei uero qui nõ operatur. credenti
autẽ in eum qui iustificat impium
reputatur fides eius ad iustitiam
secundum propositum dei. sicut
dauid dicit beatitudinem hominis
cui deus accepto fert iustitiam sine
operibus legis. Beati quorum re
misse sunt iniquitates. et quorum
tecta sunt peccata. Beatus uir cui
non imputauit dominus peccatum
Beatitudo ergo hec manet tantum
in circumcisione. an etiam in pre
putio. Dicimus enim. quia reputa
ta est abrahe fides ad iustitiam
Quomodo ergo reputata est in